

læstinorum viribus opponeret, et locum reliquit à militie atque timore vacuum. Quæ res planè mirabilis, et à singulari, atque benevolâ providentiâ profecta, argumentum præbuit Davidi, ut Psalmum caneret 55, ejus principium est : *Deus, in nomine tuo saluum me fac.* Et præfixus titulus : *Intellectus David, cum venissent Ziphæi, et dixissent ad Saül: Nonne David absconditus est apud nos?*

VERS. 28. — PROPTER HOC VOCAVERUNT LOCUM ILLUM PETRAM DIVIDENTEM. NON NOTUM EST, UT EX ALIQUO EVENTU ILLUSTRIA QUÆDAM LOCA NOMEN ACCIPIANT. Sic supra, cap. 7, v. 12, quidam vocatus est *Lapis adjutorii*. Cur verò hæc petra

CAPUT XXIV.

1. Ascendit ergo David inde, et habitavit in locis tutissimis Engaddi.

2. Cùmque reversus esset Saül postquam persecutus est Philisthæos, nuntiaverunt ei dicentes : Ecce David in deserto est Engaddi.

3. Assumens ergo Saül tria millia electorum virorum ex omni Israël, perrexit ad investigandum David et viros ejus, etiam super abruptissimas petras que solis ibicibus pervia sunt.

4. Et venit ad caulas ovium quæ se offerrebant vianti ; eratque ibi spelunca quam ingressus est Saül ut purgaret ventrem : porrò David et viri ejus in interiore parte speluncæ latebant.

5. Et dixerunt servi David ad eum : Ecce dies de quâ locutus est Dominus ad te : Ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David, et præcidit oram chlamydis Saül silenter.

6. Post hæc percussit cor suum David, eò quò abscondisset oram chlamydis Saül.

7. Dixitque ad viros suos : Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo, christo Domini, ut mittam manum meam in eum, quia christus Domini est.

8. Et confregit David viros suos sermonibus, et non permisit eos ut consurgerent in Saül. Porrò Saül, exurgens

talem nacta fuerit compellationem, meo iudicio, illa est non levis ratio, quia illa in medio duorum castrorum interjecta ea dividebat. Cùm autem res esset gravis, et duorum principum in re usque adeò anceps notata nominibus, satis habuit nobilem causam, ut petra vocaretur *dividens* : seu, ut alii plures docent, quia eo loco Saül destitit insequi Davidem, et cùm jam coronato monte miliibus circumcirca dispositis, parùm abesset, quin illum comprehenderet, ab eo tamen consilio ac loco separatus est ; et qui jam propè erant ut signa conferrent, divisi sunt.

CHAPITRE XXIV.

1. David étant sorti de ce lieu-là, demeura à Engaddi, près la mer Morte, dans des lieux très-sûrs.

2. Et Saül étant revenu après avoir poursuivi les Philistins, on vint lui dire que David était dans le désert d'Engaddi.

3. Il prit donc avec lui trois mille hommes choisis de tout Israël, et il se mit en campagne, résolu d'aller chercher David et ses gens jusque sur les rochers les plus escarpés, où il n'y a que des chèvres sauvages qui puissent monter.

4. Et étant venus à des parcs de brebis qu'il recontra dans son chemin, il se trouva là une caverne, où il entra pour une nécessité naturelle ; cependant David et ses gens s'étaient cachés dans le fond de la même caverne.

5. Les gens de David lui dirent : Voici ce jour favorable dont le Seigneur vous a dit : Je vous livrerai votre ennemi, afin que vous le traitiez comme il vous plaira. David, s'étant donc avancé, coupa tout doucement le bord de la casaque de Saül.

6. Et aussitôt il se repentit en lui-même de ce qu'il lui avait ainsi coupé le bord de son vêtement, comme ayant en cela manqué de respect au roi.

7. Et il dit à ses gens : Dieu me garde de traiter comme vous dites celui qui est mon maître et l'oint du Seigneur et de mettre la main sur lui, puisqu'il est l'oint du Seigneur.

8. David, par ses paroles, arrêta la violence de ses gens, et les empêcha de se jeter sur Saül. Saül étant sorti de la caverne, continua son chemin.

de speluncâ, pergebat cœpto iinere.

9. Surrexit autem et David post eum ; et egressus de speluncâ clamavit post tergum Saül, dicens : Domine mi rex. Et respexit Saül post se ; et inclinans se David pronus in terram adoravit,

10. Dixitque ad Saül : Quare audis verba hominum loquentium : David querit malum adversum te ?

11. Ecce hodiè viderunt oculi tui quòd tradiderit te Dominus in manu meâ, in speluncâ ; et cogitavi ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus ; dixi enim : Non extendam manum meam in dominum meum, quia christus Domini est.

12. Quin potius, pater mi, vide, et cognosce oram chlamydis tuæ in manu meâ, quoniam, cùm præcinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. Animadvertete, et vide quoniam non est in manu meâ malum neque iniquitas, neque peccavi in te ; tu autem insidiaris animæ meæ ut auferas eam.

13. Judicet Dominus inter me et te, et ulciscatur me Dominus ex te ; manus autem mea non sit in te.

14. Sicut et in proverbio antiquo dicitur : Ab impiis egredietur impietas : manus ergo mea non sit in te.

15. Quem persequeris, rex Israël ? quem persequeris ? Canem mortuum persequeris et pulicem unum.

16. Sit Dominus iudex, et judicet inter me et te ; et videat, et judicet causam meam, et eruat me de manu tuâ.

17. Cùm autem complèssent David loquens sermones hujuscemodi ad Saül : dixit Saül : Numquid vox hæc tua est, fili mi David ? Et levavit Saül vocem suam, et flevit.

18. Dixitque ad David : Justior tu es quam ego ; tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.

19. Et tu indicasti hodiè quæ feceris

9. David le suivit, et étant sorti de la caverne, il cria après lui, et lui dit : Mon seigneur et mon roi. Saül regarda derrière lui ; et David, se baissant jusqu'à terre, l'adora,

10. Et lui dit : Pourquoi écoutez-vous les paroles de ceux qui vous disent : David ne cherche qu'une occasion de vous perdre ?

11. Vous voyez aujourd'hui de vos yeux que le Seigneur vous a livré entre mes mains dans la caverne. J'ai bien eu la pensée de vous tuer, mais je ne l'ai point fait, car j'ai dit en moi-même : Je ne porterai point la main sur mon maître, parce que c'est l'oint du Seigneur.

12. Voyez vous-même, mon père, et reconnaissez si ce n'est pas là le bord de votre casaque que je tiens dans ma main, et qu'en coupant l'extrémité de votre vêtement, je n'ai point voulu porter la main sur vous. Après cela considérez, et voyez vous-même que je ne suis coupable d'aucun mal ni d'aucune injustice, et que je n'ai point péché contre vous ; et ce pendant vous cherchez tous les moyens de m'ôter la vie.

15. Que le Seigneur soit le juge entre vous et moi ; c'est à lui de me faire justice à votre égard, mais pour moi je n'attenterai jamais à votre personne.

14. C'est aux impiés à faire des actions impiés, selon l'ancien proverbe. Ainsi Dieu me garde de porter jamais la main sur vous.

15. Qui poursuivez-vous, ô roi d'Israël ? qui poursuivez-vous ? Vous poursuivez un homme qui est à votre égard comme un chien mort et comme une puce.

16. Que le Seigneur en soit le juge, et qu'il juge lui-même entre vous et moi ; qu'il considère ce qui se passe, qu'il prenne la défense de ma cause et me délivre de vos mains.

17. Après que David eut parlé de cette sorte à Saül, Saül lui dit : N'est-ce pas là votre voix que j'entends, ô mon fils David ? En même temps, jetant un grand soupir, il versa des larmes.

18. Et il ajouta : Vous êtes plus juste que moi, car vous ne m'avez fait que du bien, et je ne vous ai rendu que du mal ;

19. Et vous m'avez donné aujourd'hui une

mihî bona, quomodô tradiderit me Dominus in manum tuam, et non occideris me.

20. Quis enim, cum laverit inimicum suum, dimittit eum in viâ bonâ? Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc pro eo quod hodiè operatus es in me.

21. Et nunc, quia scio quòd certissimè regnaturus sis et habiturus in manu tuâ regnum Israël,

22. Jura mihi in Domino ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei.

23. Et juravit David Sauli. Abiit ergo Saul in domum suam, et David et viri ejus ascenderunt ad tutiora loca.

VERS. 1. — ASCENDIT ERGO DAVID INDE, ET HABITAVIT IN LOCIS TUTISSIMIS ENGADDI. Engaddi, ut docet Hieronymus in Locis hebraicis, juxta mare Mortuum est; ibi enim fuit civitas à quâ ager ille, ac vasta solitudo vocata fuit etiam Engaddi. Fuit autem locus ille amonitica eximita, ubi fructes quidam nascuntur, quos cypros appellamus, qui balsamo stillant pretiosissimo. Cum autem arbores illæ vitium multis modis similitudinem referant, licet plantæ illæ viniferae non sint, vineæ tamen, seu vineta dicuntur. Hæ porro sunt illæ vineæ Engaddi, de quibus Cant. 4, ubi nos de illis nonnihil. De his Plinius lib. 12, cap. 25, ubi sic de fructe illo, qui uni tantum Engadditano solo concessus est. « Hæc, inquit, arbuscula vitis similior est, quam myrto, malleolis et sari dicitur nuper vineta, ut vitis implet colles vinearum modo. » Et ibidem arbusculæ ramos sarmenta vocat, quæ propria vinearum sunt. Ex hoc Engadditano tractu conjectura sumitur de illius regionis ubertate ac specie, quam Deus demisso cœlitis incendio consumpsit, quamque nunc aquæ maris Mortui fontentes oppleverunt, quam Scriptura sacra Genes. 15, similem fuisse dicit paradiso Dei, cum Engadditanus tractus conjunctus fuerit cum agro Sodomœo.

Ex deserto igitur Maon, unde Saul revocatus à nuntio necessariò recesserat, migravit David ad tractum Engaddi, quia ille asper erat et invidus, et vel ipsa specie deterrere poterat inimicum, quantumvis aspiraret ad cædem, cum vias haberet sic arduas, angustas et præ-

grande preuve de l'affection que vous avez pour moi, puisque, le Seigneur n'ayant livré entre vos mains, vous m'avez conservé la vie.

20. Car qui est celui qui, ayant trouvé son ennemi à sa merci, le laisse aller sans lui faire aucun mal? Que le Seigneur récompense lui-même cette bonté que vous m'avez témoignée aujourd'hui.

21. Et comme je sais très-certainement que vous régnez et que vous posséderez le royaume d'Israël,

22. Jurez-moi par le Seigneur que vous ne détruirez point ma race après moi, et que vous n'exterminerez point mon nom de la maison de mon père.

23. David le jura à Saul. Saul retourna dans sa maison, et David et ses gens se retirèrent dans des lieux plus sûrs.

COMMENTARIUM.

capites, ut tantum essent capris et ibicibus pervia. Tum etiam quia cum ibi habitarent Ziphæi, qui sua studia Sauli prolixè detulerant, quorum jam animos paulò ante cogoverat, non putabat ibi futurum esse latibulum quod esset omnino à periculo vacuum.

VERS. 2. — CUMQUE REVERSUS EST SAUL. Vixdum reversus fuerat Saul, fugatis Palæstinis latrunculis, seu prædatoribus, qui Hebræorum agros animosque turbaverant, cum ad opus interruptum, eodem quo antea spiritu atque ardore revertitur. Et cum didicisset Davidem ex Ziphæorum finibus in Engadditanos commigrasse, eò secum rapuit tria virorum millia ex præcepto suorum Hebræorum robore delecta: neque illius frerentur studium et audaciam, acutissimi, atque prærupti scopuli, qui solum ab ibicibus calcari posse videbantur. Sunt autem ibices dorcedes capreaque sylvestres, quarum species numerat Plinius, lib. 8, cap. 53: « Sunt, inquit, capreae, sunt rupi-caprae sunt ibices pernicitatis mirandæ, et quamquam onerato capite vastis cornibus et gladiatorumque vaginis; in hæc se libranti, et tormento aliquo rotati in petras potissimum et è monte aliquo in alium transilire querentes, atque recessu pernicitatis, quò libuerit, et exultant. » Et quidem de capris tam domesticis, quam feris et agrestibus, mira narrat historici, quæ interdum non ambulare per scopulos, sed ex scopulis potius pendere existimantur, quæ tam pastoribus, quam venatoribus miras præbent voluptates et ludos. De pastoribus est illud Virgilianum Eclog. 1:

Ite, capelle,

Non ego vos posthac viridi projectus in antro Dumosâ pendere procal de rupe videbo.

De venatoribus, Martialis lib. 15, Epigr. 100:

Pendentem summâ capream de rupe videbis.

Casuram spectas, decipit illa canes.

Quòd si ibices sunt, quos Sardinia *Mafiones* vocat, quibus præ regionibus aliis maxime abundat, vim habet majorem comparatio: nam cum hoc caprarum, seu tragelophorum genus casum non metuet, etiamsi locus sit altissimus, et cadentes capreae excipiant acutissimè silices, in omnia se discrimina conjiciunt; sic tardam regis molem per obvias quasque salebras, et præruptas rupes agebat invidia, nec mirum si belluarum more per sylvas erraret, et ferinum amaret vite modum, cum ferinus illum exagitarer furor (1).

VERS. 4. — ET VENIT AD CAULAS OVICH, QUÆ SE OFFEREBANT VIANTI (2). Oves loca obeunt

(1) VERS. 3. — SEPER ABRUPTISSIMAS PETRAS QUÆ SOLIS IBCIBUS PERVLE SUNT. *Ibez* est species caprarum sylvestrium, quæ in rupes præruptas aufugit. Unde tales venando insectans Maximilianus primus imperator, in rupes invidias deductus cum descendere nequiret, ducti angeli, ut creditur, descensus reperit, ideòque crucem eò loci in perenne monumentum erigi jussit. Extat hæc crux juxta Oenipontem, ubi cum Roman pergerem, illa mihi ostensa fuit.

(Corn. à Lap.)

(2) Saul entra dans la caverne où David s'était réfugié avec ses gens. Saul entra dans la caverne où David s'était caché. David et ses compagnons le reconnurent, et pour lui, il ne les vit point. Car on sait assez que lorsque les yeux sont accoutumés à un lieu sombre, on y discerne les objets, au lieu que lorsqu'on y entre en sortant d'un grand jour, on n'y peut rien voir. Les compagnons de David s'imaginèrent qu'il lui fut permis d'assurer sa vie en l'ôtant à celui qui ne cherchait que sa mort. Ils le font même souvenir de ce qu'ils avaient appris sans doute de David même, qui est que Dieu lui avait promis de lui livrer son ennemi entre les mains.

Ce saint homme, au contraire, qui était éclairé de la lumière du ciel, et qui la prenait pour l'unique règle de toutes ses actions, était persuadé que Dieu ne lui avait pas fait naître cette occasion si peu attendue, pour écouter dans lui-même la voix de la chair et du sang, mais pour lui donner la gloire d'avoir étouffé dans son cœur tous les ressentiments de la vengeance, et d'avoir sauvé la vie au plus grand ennemi qu'il eût au monde. Il coupe donc seulement le bord de la casaque de Saul, afin, dit saint Augustin, qu'il eût entre ses mains une preuve convaincante qu'il n'avait tenu qu'à lui de le tuer.

(Sæy.)

perùmque plana, ceriè non aspera, atque interrupta salebris, quæ non horrent, imò plurimum amant rupicaprae et ibices. Tum quia in illis pierùmque sunt commodiora paubula: tum quia ibi tam peccudum, quam pastorum levior labor. Primum ergo Saul ad pastorum caulas venit, quia in locis erant campestribus, neque ad incessum arduis; tum ut aliquid ab illis disceret de David, quem incertis indagabat vestigiis, si fortè pastores invenisset. Caulas autem esse pnto speluncas aliquas, ad quas turbidis temporibus sua pastores pecora cogebant.

ERATQUE IBI SPELUNCA, QUAM INGRESSUS EST SAUL, UT PURGARET VENTREM. Erant illa tempora magis simplicia, quam quæ deinde consecuta sunt; aut certè furor omnem prodit majestatis curam: et cum ambitio sit honoris sitientissima, tamen illa non recrudescat aut efficere audacter, aut negligenter omittit, quæ honori minus, aut pudori favent. Solebant olim, qui longè etiam aberant à fortunâ regîa, portare in reliquo instructo viatorio vas aliquod, quod ventris onus exciperet, et hoc interdum è pretioso metallo, quod lasanum appellabant, De quo est illud Horatianum lib. 1, Satyr. 6:

Prætorum quinque sequuntur

Te pueri lasanum portantes, œnophorumque.

Sed credo illa priora tempora, cum nullum Saul haberet regem in Israël, cuius sequeretur exemplum, abstinnisse ab hac superbâ majestatis ostentatione, neque aliquid fecisse insitatum, aut à priori vitæ ratione, aut ab illorum principum exemplo.

Ubi *Vulgatus, ut purgaret ventrem*, Hebraicè est, *ad legendum pedes*, quod vocabulo honesto rem potius tegit, quam explicat indecoram. Aliqui putant idèò opus illud naturæ pro occultationem pedum significari, quia cum venter à suo levatur onere, pedes operiuntur. Neque id mihi displicet, quia id facere aut debent aut solent, qui modestissimè volunt naturæ eo onere laboranti subvenire: maxime apud Hebræos, quibus id prestare difficile non fuit, cum longas haberent vestes, secis atque nationes alia, quæ propter strictas vestes, brevioresque lacinias id commodè præstare non possunt. Sed quia id etiam neque perpetuum, imò neque facile semper est, tametsi id honestorum maxime exigeret modestia; idèò arbitrator pedes hic sumi figuratè, et pro re illi in virili sexu honestè usurpari, quæ non nisi inhonè-

stè propriè significari posset. Neque id novum est in Scripturâ sacrâ, quæ *pedem* nominè ob-scena et inverecunda significat. Exemplorum nos satis adduximus in nostris Commentariis in Isaiam ad illud cap. 6: *Et diabus velabant pedes ejus*. Quod externis atque profanis scriptoribus inusitatum non est. Hoc enim dicendi generè usus est Herodotus, imò oraculum quoddam, quod Herodotus refert, *pedem ventris appellat, quod natura sub ventre verecunde celavit; et quam propriè Isaias urinam appellaret, aquam vocavit pedum*. Hæc eadem phrasi idem natura opus in *Eglone Moabitum* rege, Jud. 3, v. 24, explicuit Scriptura. In hoc autem apparet Scripturæ modestiâ, quòd ea, quæ turpitudinis aliquid habere videntur, siluit, et removendo quod in eo opere inhonestè nudari posset, rem honesto quodam artificio declaravit, neque quid attulit, nisi quòd in re turpi honestè fieri solitum est. Est autem usitatum ex actione aliquâ, quæ aliqui operi aut arti familiaris est, opus illud, aut arte explicare. Quo modo dicimus aliquem pöllinctum et unctum, quem functum esse vitâ significamus. Et qui dixit apud Tullium aliquem cubito se emungere, salsamentarium significare voluit, quia qui salsamenta curant, cubito solent nares emungere. Sic ergo quia in illo opere, quæ natura à ciborum reliquiis ventrem exonerat, homo tegit, quod esse nudatum pudor vetat, sit, ut pedes, id est, obscena tegere, idem sit quòd purgare ventrem.

Cur ad illud opus naturæ ingressus fuerit speluncam Saul, multa dicunt Hebræorum magistri, quæ ego prudens omitto, et quia meo iudicio falsa sunt, et quia non video quid possit usus habere illorum cogitatio. Vide Abulensem q. 5. Ingressus est autem speluncam illam Saul, quia opus illud latebras amat et secretum, neque ullus est tam abjectus et sordidus, qui rem illam aliqui necessariam ab hominum oculis non avertat. Seneca, Epist. 70, docet servo cuidam nullum datum esse sine custode locum, nisi eum ad corpus exonerandum secederet.

PORO DAVID ET VIRI EJUS IN INTERIORI PARTE SPELUNCÆ LATEBANT. Magnam fuisse oportet speluncam illam, quæ sexcentos admisit viros, atque illos ita celavit, ut regis oculi, quantumvis vigilantès et avidi, videre non poterint. Hujus rei causas varii varias adducunt. Josephus ib. 6, c. 14, speluncam esse dicit longo recessu opacam, angustam in principio fuisse

indicat, et apertè affirmat in penitrore sinu late esse patentem. Quare ex ipso ingressu suspicari potuit Saul ibi non latere sexcentos viros; cum pro tantâ multitudine videret, aut fortè existimaret non fore capacem. Lyra eam indicat esse causam, quia cum spelunca esset propè viam, et fortassè una esset ex caulis, ad quas pastores hybernus, turbidisque temporibus includebant pecora; non putavit in locis minus à viâ, et hominum consuetudine remotis habitaturum Davidem, neque idèò de speluncâ perscrutandâ curavit; neque ulla tunc subit de Davide cogitatio. Quæ ratio apud me levis non est.

Hebræi hoc loco mirè nugantur, neque paudebit referre, quæ ipsos fingere, et monumentis tradere non puduit. Dicam igitur quid q. 6, de illorum negis dicat Abulenensis, cui videre aliquando licuit Rabbiorum commenta, quibus nobis hoc tempore permessa non sunt. Dicunt enim, aliquando Davidem quæsisse à Domino; cur tria, quæ prorsus videbantur inania, in naturâ rerum esse voluerit: nempe homines stultos, araneam, et muscam. Cui Deus respondit; ipsum aliquando experientiâ cogniturum, non esse hæc tria prorsus otiosa. Quod in seipso Davidem expertum esse dicunt. Nam cum apud Achis stultum se esse simulasset, mortem effugit, quam, nisi eo usus esset artificio, necessariò videbatur esse stultus. Deinde cum descenderet ad illum locum, ubi in castris noctu dormiebat Saul, quando lanceam ab illo sustulit, et scyphum, alunt flabini incaute Davidem inter Abneris crura, qui propè dormiebat, possuisse pedem; quem cum extrahere non posset nisi excitato Abnerè, quod Davidi foret omnino exitio, cum adversus se universa excitaret castra Saulis, repente adfuit musca, cujus morsu explicuit Abner crura nondum solutus somno; et eâ ratione David præsens illud capitis periculum effugit. Sed sanè mirum est, quòd quisquam noctu mordentem muscam viderit; nam non vidisse, neque sensisse ipsum Abnerem ipsi docent Hebræi; qui dicunt illum mordente mustâ non tamen fuisse somno solutum. Quod de araneâ fingunt, minus quidem faciunt ineptè, fingunt tamen; certò non habent, unde id ex Scripturâ sacrâ conjectent. Dicunt enim, cum primò speluncam illam ingressus est David, in ore interioris sinus aranearum telas esse per-textas, quare omnis recentis latebræ suspicio sublata est. Quod de S. Felice episcopo Nolano sacri produnt annales. Hanc igitur dicunt esse

causam, cur Saul existimare non debuerit in-tus quemquam latere. Ego divina providentiæ id totum attribuo; quæ Davidem in eo rerum vestigio, quod sanè angustissimum fuit; servare voluit. Quòd si rationes quæras humanas, non videntur omninò contemnendæ; quas ex Lyra supra et Josepho produximus.

Vers. 5. — ECCE DIES; NÔ QUÆ LOCERTES EST DOMINUS AD TE: EGO TRAHAM TIBI INIMICUM TUEM. Verba sunt illorum, qui in penitiori speluncâ recessu latebant cum Davide; qui id, quod à Saule fieret ad ipsum speluncam aditum illustratum à sole; intuebantur: qui instimulabant Davidem; ut negotium illud molestum, ac periculosum uno ictu transigeret. Quod non esse tantum utile, sed etiam honestum, et cum religione conjunctum; quandoquidem conatus ille; si quid contra regem audaciùs tentaret, auctorem Deum habuit. Illum enim diem, et articulum esse interpretabantur, quem Dominus ante promiserat, cum dixit traditurum se Saulem in Davidis manus quasi constrictum; ita ut de illius capite suo arbitrata, liberè, ac sine ullo periculo statueret. Quando hæc promissa à Domino accepit David, non constat, verum autem dixisse Davidis sociis non est dubitandum: neque res erat occulta, quando illi noverant; neque, ut reor, sicut alla de se plura ignorabat Saul. Hæc; credo; David sociis aperuerat, ut eorum solaretur animos; et ad dura tam inclementis ac barbari regis consilia confirmaret. Facile enim homines obduran contra omnia bellorum, fortunæque liddibria, eum brevem putant futuram esse molestiam; et laboris propositam mercedem. Sed unde id Davidi à Domino prædictum; incertum est. Quidam à Gad, alii à Natham Prophetis acceptum esse credunt. Ego eò multò magis inclino, ut credam hoc à Samuele fuisse prædictum, quo tempore ad illum protectus est David, cum videret se à Saule ad mortem inquiri. Est autem verisimile tunc à Samuele didicisse Davidem, futurum aliquando tempus, cum in ejus manus rex ille inhumanus, inermis, et penè nudus, et quasi constrictus incidere. Aut certè, quia David etiam Propheta fuit, idem hæc à Domino promissione confortatus est.

SURREXIT ERGO DAVID, ET PRÆCIPIT ORAM CHILAMYDIS SAUL SILENTER (1). Quo animo surrexit David, incertum est, an ut oram chila-

mydis præcideret, quòd postea fecit, an ut illum securum et inermem occideret. In hoc posterius magis inclino, cum Abulenis quæst. 4, quia postea v. 11, ipsem fatetur David ac de Saule interitum cogitasse. Sic enim ille ad Saulem: *Cogitari ut occiderem te; sed peperit tibi oculus meus*. Sed in medio cursu mutavit animum; neque tam voluit regem occidere, quam ostendere se facile occiderè potuisse; quod tunc abundè præstitit; eum frustum ex chilamyde desectum ostendit. Mirabitur autem aliquis, quomodo Saul neque viderit, neque senserit Davidem, imò neque illum hauserit strepitum, cum tamen proximè, ut apparet, accesserit David. Sed ubi de Dei speciali curâ atque providentiâ constat, quam habuit in Davidem, non est cur de reliquo laborandum putemus. Abulenensis à Deo eo articulo inductam surditatem arbitratur, ita ut nihil audire poterit. Neque hoc displicet, sed addere posset, immisam quoque fuisse *kepatân*, id est, *excitatem*, sicut fecit olim cum Sodomæis, et ali-quandò post hæc tempora cum Syris in obsidione Samarie. Et addit Abulenis; gradum esse levitatem pedibus Davidis, ita ut aditum suspendere, et sine ullo strepitu ad regem usque pervenire poterit. Sed fieri potuit, ut rex deponeret chilamydem; ut illi naturæ operi commodius vacaret, et à se longiusculè rejecteretur. Tunc verò accederet commotissimè potuit; et neque vidente, neque sentiente rege cogitata perficere.

Vers. 6. — POST HÆC PERCESSIT COR SUUM DAVID, ED QUO ABSCESSIT, etc. Cogitari prius David, ut diximus, Saulem occidere; sed ab eo consilio computatum animi conscientia deterruit, et illa elegit, in quibus aliqua apparebat observantia; et nihil erat, quod pietas; aut religio damnaret. Quare satis habuit, abscissa chilamyde, referre secum servatæ regniæ vite illustre testimonium. Sed quia fidelis erat, ac plus Davidis animus, in illa tantâ continentia aliquid habuit, quod non probaret, et quo lesam arbitraretur regiam majestatem; eum decurrit chilamyde teheratam putare regiam personam, quem Deus sacro delibutum oleo ad regni culmen destinasset. Quare percussit Davidem animus suus, id est; tristis quædam cogitatio, et angor conscientie, quasi consilium suum ipse damnaret, et infectum vellet, quod

(1) Christum Judæos non occidisse, sed eis gloriam regni abstulisse; chilamydis enim abscissio, regni est amputatio.)

nimis præcipitatio consilio fecisset imprudens.

VERS. 7. — DIXITQUE AD VIROS SUOS: PROPRIETIS SIT MIHI DOMINUS, NE FACIAM HANC REM DOMINO MEO, CHRISTO DOMINI (1). Sperabant socii, cum suo hortatu ad Saulis eadem Davidem incitasset, et ille suorum votis satisfacere velle significasset, occisum iri regem, et illum diem quotidianis molestiis atque periculis finem allaturum. Cum autem illum sospite Saule reversum esse vident, rursus instimulant, ut regem conficiat, neque oblatam divinitus occasionem perire sinat. Quod ille jurisjurandi interposita religione facturum se negat. Illud enim, *proprius sit mihi Deus*, absque dubio juramenti forma est, ac si dicat: Adversus mihi sit Deus, neque quid mihi ab illo succedat ex votis, si manus infideles et impias attulerit domino meo, et regi uncto. Adducit autem duas rationes, cur nefas esse putet regiam illam personam violare. Altera est, quia ipsius est dominus, atque ideo lex ipsa jubet, imò et rerum natura, ut illius servet incolumem, non adimat vitam. Deinde quia corpus illud, quod gladius confoderet, sacrosanctum est ab unctione sacra; sacra verò violare religio vetat. Propter quod lib. 2, cap. 4, gladio permisit illum, qui volentem regem, et hoc ipsum orantem, imò et jam agentem animam occidit. Quæ duæ rationes satis produnt Davidis ingenium liberale et pium.

(1) Vide hic et mirere clementiam Davidis et reverentiam erga Saulem regem, quem licet infensissimum persecutorem habens in manibus, ledere non vult. Unde gloriosior fuit hæc Davidis de Saule victoria, illa quam retulit de Goliath. Audi S. Chrysost. homil. 2 de Davide et Saule: « Saul egressus est de spelunca, egressus est autem post illum et David, liberis oculis comitum intuens, ac tunc temporis magis exultans, quam cum Goliath deiecisset, ac barbari caput amputasset. Siquidem hæc illa munificentior erat victoria, hæc magnificentior spolia, hæc præda illius, hæc gloriosius trophæum. » Cujus rei rationem reddidit quod illa victoria armis consistit, hæc virtutibus; et concludit: « Itaque credit non barbari illius caput gestans, sed animi commotionem mortificatam, sed iram evertatam; neque hæc spolia repositi Hierosolymæ, sed in cælo, inque superna illa civitate; nunc haudquaquam in choris obliam veniebant feminæ, excipientes illum eum laudibus, sed angelicus populus è sinu throni applaudebat, admirans ejus philosophiam et humanitatem. » Et paulò post: « Illustriorem tulit victoriam servato Saule, quam si illum mactasset. Quod enim tanti pretii lucrificasset premium occiso hoste, quantum nunc tulit illi parcendo? »

(Corn. à Lap.)

VERS. 8. — ET CONFREGIT DAVID VIROS SUOS SERMONIBUS, ET NON PERMISIT EOS, UT CONSERVENT IN SAUL. Cum viderent viri sexcenti, qui cum Davide se in interiorum speluncam secessum abiderant, nihil gravius Saulem esse passum, statuerunt ipsi in Saulem irruere, et quod David tentare non est ausus, rem totam temporis momento transigere. Sed repressit illorum effervescentes animos, et ad eadem anhelantes David, neque permisit, ut in regem securum quidquam hostile molirentur. Orationem habuisse gravem, prout loci et temporis facultas patiebatur, indicat illud, *confregit sermonibus*. Cujus ille videtur gravissimæ fuisse rationes, quia dominus esset, et rex, pro cuius vitâ omnem deberent alcum subire; neque fas esse sacrosanctum corpus, in quo redoleret adhuc aliquid ex oleo sacro, subditorum hominum ferro temerari. Perfectit denique suâ auctoritate, et verborum pondere, ne quam à servitii manû regium corpus patere tur injuriam.

VERS. 9. — EGRESSUS DE SPELUNCA CLAMAVIT POST TERGEM SAUL DICENS: DOMINE MI REX. Postquam depositio ventris onere cepit, quam instituerat viam, persequi Saül, egressus est David, et quibus antea modis, et fortasse magis officiosis, et observantia plenam suam pietatem et obsequium ostendit, etiam nōset nihil illum amicum aut sanum cogitare. Quare suum illum regem et dominum salutem, et inclinatum corpore, et prono in terram vultu supplex adorat; nihil omisit denique, quod regis fastus, et ambitiosa majestas ab infimæ conditionis servulo requireret. Illic porrò loquendi ac salutandi modus, hic habitus hominis supplicantis et cernui, optima est ab offenso et ambitioso principe benevolentia comparanda ratio. Deinde adhibet orationem, brevem quidem, quia id temporis exigebat angustia et animus regis nondum pacatus; sed plenam dignitatis, plenam spiritus, in qua otiosa rhetorum, et curiosa studia nihil desiderent. Primum docet inanes esse, atque omnino fallaces voces illorum, qui regi persuadere studebant, contra ipsius salutem et vitam aliquid hostile meditari Davidem. Quod ab effectu probat omnino dissentaneo. Quis enim credit, illum de eorum morte iniisse consilium, qui cum facili, ac toto illorum populo spiritum extingueret, abstinere tamen manus, et abire patiatur incolumem? Cujus rei oblatam fuisse facultatem docet, cum ostendat frustum è chalybe dissectum, et quemadmodum illum separatam à

suis, et in spelunca quodammodo constrictum invenerit (1).

VERS. 11. — ET COGITAVI, UT OCCIDEREM TE, SED PEPERCIT TIBI OCVLUS MEVS (2). Ita loquitur Da-

(1) VERS. 10. — Pourquoi écoutez-vous ceux qui vous disent que je ne cherche qu'une occasion de vous perdre? David est plein d'un profond respect pour l'oint du Seigneur; il le défend contre la violence de ses gens; il n'oppose qu'une douceur invincible à cette cruelle résolution que Saül avait faite de le perdre à quelque prix que ce fût; mais néanmoins il soutient son innocence, et il fait voir l'injustice et l'imposture de ceux qui ne travaillaient qu'à nourrir la haine et l'envie que ce prince soupçonneux avait conçue contre lui, en lui représentant David comme un sujet rebelle, quoiqu'il n'eût pour lui dans le cœur qu'un profond respect et une fidélité inviolable. C'est là, selon saint Bernard, un des plus grands malheurs de la vie des princes, d'être si exposés à se laisser surprendre aux artifices et à la malignité de ceux qui les environnent.

Et c'est ce qui les doit porter à se tenir toujours sur leurs gardes, pour ne se rendre pas par une crédulité indiscrette aux faux rapports de ceux qui sont prévenus, ou d'intérêt, ou de passion. Car, comme on prend plaisir à favoriser leurs pensées et leurs desirs, parce que l'on trouve un grand avantage à leur complaire, aussitôt qu'ils ont témoigné le moindre éloignement contre des personnes très-innocentes, qu'on leur a rendus odieuses par la fautive image qu'on leur en a tracée, on augmente encore ces mauvais soupçons, et on leur fait croire qu'il n'y a que la raison et l'équité qui les engage dans une aversion qui est entièrement contraire à l'une et à l'autre. C'est ce que David représente à Saül, parce qu'il le savait environné d'une troupe de flatteurs, qui lui faisaient croire que la mort de David était un moyen nécessaire pour conserver sa personne, et pour assurer le repos de ses états.

(2) Ego quidem appetitum ultionis meæ secutus, vitam tibi admittere potuissem. Hebræus: *Dixit ad occidendum te, et pepercit super te, et dixit: Non mittam manum meam in dominum meum.* Modestâ quâdam et in re præsertim odiosa David, ne uteretur primâ personâ, loquendo cavisse videtur: *Dixit ad occidendum te; non: Dixi intra me: Occidam illum.* Alter: *Non delitui qui me hortaretur, ut te occiderem; sed ego respondi: Non inferam manum meam in dominum meum.* Septuaginta: *Noli te occidere, et pepercit tibi, et dixi: Non injiciam manum meam in dominum meum.* (Calmet.)

DIXI ENIM: NON EXTENDAM MANUM MEAM IN DOMINUM MEUM, QUIA CHRISTUS DOMINI EST. Christus, id est, unctus in regem à Deo per Samuelem. Duas causas affert David cur non lauderit Saulem: prior, quod ipse sit Dominus suus; posterior, quod sit Christus, id est, unctus Domino, q. d.: Mihi religio fuit tangere eum, quem unctio Dei sibi sacravit. Recte S. August. lib. 2 contra Literas Petilianæ c. 48: « David Saulem, inquit, propter sacrosanctam unctionem et honoravi vivum, et vindicavi occisum. Et quia vel panniculum ex

vid ad Saulem demissè, ut modestè admovent, sibi ut caveat, vel ab hominibus, si injustè illos, et obstinato odio persequatur; vel certè à Deo, qui potentiorum calumnias et injurias impunitas abire non sinit. Quod à seipso probat, cujus animus subit, ut Saulem occideret, et uno ictu à longâ se vexatione liberaret; nihilominus continuisse se, et dedisse vitam illi, cui sine periculo, et fortassè non injustè potuisset eripere. Quid sit *oculus alicui parcere*, diximus in nostris Commentariis super Ezechielum ad illud cap. 3, v. 11: *Et non parceret oculus meus, et non miserabor.* Qui dicendi modus in Scripturâ sacrâ frequentissimus est. Ad quod eo loco observabamus, solere aliquid quos illi attribui, qui illud ab alio quopiam factum esse ostendit. Quo modo sol Eccl. 48, adjectis dicitur dies Ezechia, qui signum fuit vitæ longioris. Quia ergo oculi animorum sunt indices, dum produnt, quid in animo lateat, sibi etiam vindicant id, quod animorum proprium est, nempe misereri, dolere, parcere. Quare sicut oculi dicuntur dolentes, hilares, quia animorum dolorem, et lætitiâ indicant: sic etiam dicuntur misereri, ac parcere, quia miseratione commotum, et pronom ad veniam animum ostendunt.

VERS. 12. — TU AUTEM INSIDIARIS ANIMÆ MEÆ (1). Cum animum suum innocenter, et

« ejus veste præcidit, percussio corde trepidavit. » (Corn. à Lap.)

(1) Singula verba Davidis magnam habent emphasim, ejusque clementiam et virtutem adagunt. Ostendit enim se suâ beneficiâ certare cum insidiis et malefentiâ Saulis, tamque se in ipsum esse beneficentem, quam ipse in se erat sævus et maleficus. S. Chrysost. præter Homil. de Davide et Saule scripsit Homiliam insignem, cujus titulus est: *Quid David magnificentiâ exeret trophæum parcendo Saule, quam occidendo Goliath;* ubi repetens illa que citavi v. 7, addit Davidem hic insignem plagam diabolo, et virtutem hic insignem plagam diabolo, qui non nisi cædes sit et suscit, inflixisse. Ascendit, inquit, hostem vulneribus innumeris sauciato; ut qui licet servasset Saulem, tamen illum reverè hostem diaboli numeris plagis conflixit. Egressus est ergo David è spelunca dexteram ille lam totius orbis pretio parem, simul cum capite coronatum gestans coronâ justitiæ et mansuetudinis, etc. Idem Chrysost. Homil. proximâ sequenti, docet Davidem hic martyrii lauream non simplicem, sed multiplicem meruisse: « Illud, inquit, considera, quod ex insidiis Saulis triplâ quadruplâque martyrii coronâ redimitus est. Etenim qui servavit hostem, eum, qui semel atque iterum, imò frequenter lanceam in caput illius vibravit, cum esset occidendi potestatem nactus, tamen pepercit. Idque cum secret post eum præstitam clementiam fore, ut denou à illo

ab omni alienum suspicione docuisset David, nunc modestè iniquitatis coarguit Saullem, cum ab illo exigat penas, qui nihil, cur vexari tam acerbe debeat, in regem admisit. Quare monet, ut à Deo, cui miserorum et innocentium tutela credita est, tanquam à supremo atque universali vindice supplicium expectet, cui ipse suam causam integram committit, oratque ut illum cum Saulis sive injuria, sive innocentia componat; et quid aut probet, aut improbet, ipse iudex statuat et puniat, neque aliquid Saul à Davidis manu adversum accipiat. Illud: *Judicet Dominus inter me et te*; et *ulciscatur me Dominus ex te*, non est optantis, sed prædicentis futurum, ut Dominus causam judicet, et illatas Davidi injurias, et vexationes ulciscatur, etiamsi David manus à caede atque ultione contineat. Illud epim valet: *Manus autem mea non sit in te*. Quasi dicat: Ego in te, o rex, nihil moliar hostile; et Deus, sat scio, injuriarum mearum iudex et ultor existet (1).

VERS. 14. — SICUT ET IN PROVERBIO ANTIQVO DIGITUR: AD IMPIS EGREDIETUR IMPIETAS. DUO

impetretur, perspicuum est, quod milles coronam meruit animi propositi, milles autem interfectus propter Deum, plurimas et uberi martyrii coronas; qui quemadmodum et c. Paulus ait: *Quotidie mortuus est propter Deum*. Cum enim posset hostem sibi indiantem à medio tollere, propter Deum noluit; maluit quotidie periclitari, quam justè à tot mortibus liberari.

(Corn. à Lap.)

(1) VERS. 15. — JUDICET DOMINUS INTER ME ET TE. Appellat David ad Dei judicium, quia humanum non habebat. Nam Saul, qui debebat esse iudex, erat ejus hostis et persecutor. Facit hoc, ut acciter cum Saulis expostulet, ostendens persecutionis summam injustitiam; utque cum terreat et à persequendo avertat, mirando Dei judicium et vindictam. Sic S. Athanasius Constantino imperatori ab Ariano seducto, jubentique ut iret in exilium, dixit: *Judicet Dominus inter me et te, o imperator, quia calumnias inimicorum meorum credidisti*. Ita Socrates lib. 1 Histor. c. 25, et Baron. tom. 3, pag. 426.

EX ULCISCATUR ME DOMINUS EX TE. Videtur David commoior ex passione petere à Deo vindictam de Saul, sed ex primo animi impetu et actu indeliberato, ideoque leviter peccat, ait Abulens. Nam deliberate noluit Dei vindictam de Saul; unde audita ejus morte, serio graviterque indoluit. Adde, Davidem videri ultionem hanc petere ex recto justitie zelo, ut Deus tantum Saulis scelus castiget ad aliorum exemplum, ne pios persequi audeant, ut satisfiat scandalo quod Israeli dederat Saul. Sic enim Moyses Num. 16, Jeremias cap. 17, et David in Psalmis, subinde rectè sanctique petunt à Deo justam de impiis vindictam.

(Corn. à Lap.)

in sacris litteris valet impietas, sicut etiam iniquitas, malitia, peccatum, et similia. Alterum propriè, nempe opus sceleratum et impium: alterum figuratè, scilicet impietatis atque peccati penam. Ex hac duplici significatione duplex quoque emittit sententia. Altera Davidem à peccato purgat; ab illo, inquam, peccato, quo regia vitæ insidiatus arguitur: ab impiis enim egreditur impietas, sicut etiam pietas egreditur à piis. Non est autem verisimile, impium aliquid quempiam esse volutum in eum, quem observanter et piè prosecutus est. Cum ergo dixisset proximè David: *Manus autem mea non sit in te*, id ab ipsa rerum natura probat; neque enim impietas, qualis esset, in dominum ac regem insidias instruxisse, egreditur nisi ab impiis, quorum ipse mores et imaginem horret. Et hæc videtur proverbii genuina sententia. Neque pauca sunt in omni lingua in eodem significatione proverbialia, quæ tales esse dicit cogitationes, et opera, qualis est auctor.

Si verò iniquitatem, aut impietatem pro supplicio impietatis adhibeas, sensus erit meo judicio proprius, et magis consequentibus accommodatus: Etiamsi manus mea nihil contra te hostile moliar, neque alius quivis jussu meo de ultione capiendè pro me, aut de tua morum intemperantià castigandè cogitet, non deerit aliquis impius, qui id audiat et compleat. Quod si hic etiam absit, tua tamen conscientia penas abs te exiget scelerati consilii; imò à teipso tute penas exigis, non alieni manu, ac ferro, sed omnino tuo. Quod sanè ita accidit; nam paulò post hunc articulum rex ipse à Palestinis victus, ut ignominiam et ludibrium vitaret, in suam sibi gladium incubuit, neque de sua vitè minis consulit hostiliter, quam consuleret hostis, aut quicumque Davidi injurias ulcisci vellet. In hanc sententiam inclinat Abulensis, et Lyra, Dionysius et Vatablus; et mihi omnino placeat istud proverbium in Scripturâ sacrâ non invenio; fortasse sumptum est ex vulgi consuetudine, licet sententia illa in Scripturâ sacrâ infrequens non sit.

VERS. 15. — CANEM MORTUUM PERSEQUERIS, ET CULICEM UNUM (1). Minus decere indicat dignita-

(1) *Que poursuivez-vous, ô roi d'Israël? Vous poursuivez un chien mort et une puce. David considère Saul comme Point du Séligneur et comme le roi d'Israël, et il se regarde lui-même comme un chien mort et comme une puce. Une aussi extrême douceur que celle qu'il témoigne en cette rencontre ne pouvait naître que d'une*

tem regiam, bellum suscipere cum hoste neque nobili neque robusto, ex cujus insectatione nihil referre potest præter ignominiam, si nihil eorum, quæ captabat ex illo certamine, consequatur: quod si ex votis cogitata succedat, non majorem consequetur gloriam ex illâ victoria, quam si mortuum insectaretur canem, aut pulicem unum. Hæc pars apud eos qui appetentes sunt gloriæ, et magno in loco apud alios haberi volunt, gravissima est, quam rhetores ab honesto dicunt. Est autem hoc Hebraeorum proverbium, quod mirè extenuat alicujus conditionem miseram et vilem. Canis aliquid indet odiosum et foetidum; quod si addas mortuum, nihil dixeris odiosius et viliosius. Sic de Semei homine impuro, et villi dixit Abissi, 2 Reg. cap. 16: *Quare maledixit canis hic mortuus domino meo regi?* Talem ergo se David appellat, ut vel et compellatione insolentis regis ambitionem frangat.

ET CULICEM UNUM. Hoc etiam vilissimi ingenii est, culicem venari, aut persequi. Sanè valdè apud posteros laboravit Domitiani nomen, qui in recessu separatus licet ab spectatorum oculis muscas venabatur. Usus est hoc eodem proverbio David infra cap. 26: *Egressus est rex Israel, ut quæret pulicem unum.*

VERS. 17. — NUMQUID VOX HÆC TUA EST, FILI MI DAVID (1)? En quàm mutatus est Saul à seipso!

profunde humilitè. Il est lui-même l'élu de Dieu, et Saul est rejeté de lui, et visiblement possède du démon. Et néanmoins il n'a pour ce prince que des sentiments de respect, et pour lui-même que du mépris. Tant est vrai ce qu'à dit un saint, que les âmes les plus humbles sont aussi les plus généreuses, et que plus elles sont petites à leurs propres yeux, plus elles sont grandes à ceux de Dieu. (Sacy.)

(1) Subdit Chrysostr. exempla quibus ostendat, quàm potens sit vox plorum: et Vox sanctorum frequenter et elementa stare fecit, et potestates illorum immutavit. Locutus est tantum Jesu Nave, et constitit sol et luna. Sic et Moyses mare ingressus est, et cessit; et sic tres illi pueri ignis vim extinxerunt thymis illis suis, hac voce. Item et Saul ad eandem vocem incautus, dicens: *Vox tua ista, fili David?* Quid igitur David? *Seruus tuus, domine, cui rex.* Post hæc certamen oritur, et contumeliosè inter alterum majore prosequatur honore. Saul quidem ad cognationem accivit, et filium appellans; David autem dominum eum appellat. Quod autem dicit tale est: Unum inquit, unum illud quero, salutem tuam, et ac virtutis profectum; filium me appellasti; et mihi verè satis est, si me pro famulo habebas, tantum ut iram ponas, tantum ut ne quid de me suspicere mali; neve me duces hostem cum insidiatorem. Inde colligit Chrysostr. in nostrâ potestate esse inimicum nobis reconciliare, si cum Davide nos coram eo humilimus,

Quem modò quærebat ad eadem, insidiatorem appellabat, et ut illum venaretur ut feram, vitam ipse ducebat ferinam et agrestem, jam filium appellat paterno blandimento, et quasi vocem illius suavitè resonantem audiret, de vocis auctore, seu moderatore rogat, quasi non credat ejus esse vocem, quem ipse amore deperiret ardenti. Tanta animi mutatio facta est, ut nunc cum suavitè audire videatur illius vocem, quam ante quasi leoninum fremitum horrebat.

ET LEVAVIT SAUL VOCEM SUAM, ET FLEVIT. Fletus iste Saulis ortus esse videtur ex cognitione Davidis innocentie, et suæ jam pridem obstinate malitiæ, quod illum tot modis exquisisset ad eadem. Maximè cum accederet modesta illa atque humilis oratio, quæ se canem appellat mortuum, et unum à culicibus; cum tamen ipse experientiâ jam sæpè didicisset, illo in Israele toto robustiorem esse neminem; neminem in re bellicâ magis aut fortunatum,

et charitatem in eum ostendam, juxta illud Proverb. 15, 1: *Responsio mollis frangit iram.* In nobis ergo, ait Chrysostr. solum est, ut vel extinguatur ira inimicorum, vel ad majus irritetur incendum, si verbis asperis eum subdamus. Probat id exemplo ignis quod subjicit: si enim e inflas in scintillam ignis, excitas incendium; contra si insupas, extinguis, et utrumque tibi in manu est; quoniam utrumque, inquit, ex ore tuo proficitur. Idem fit et in inimicitâ proximi: si inflatas, et recordes ingeras sermones, excitas ignem e illis, accendis carbones; si milles ac noceros admoveas sermones, prorsquam exarcescat, tram omnem extinxeris.

(Corn. à Lap.)

Saul versé des larmes, et il dit à David: Vous êtes plus juste que moi. La dureté de Saul ne peut résister à une si extrême bonté de David. Il répond des larmes: il l'appelle son fils; il reconnaît qu'il est juste, et il se condamne lui-même d'une grande injustice. Il admire la générosité avec laquelle David a pris plaisir à conserver une vie qui n'était employée qu'à lui procurer la mort. Il admire cette action, qui paraît si fort au-dessus de l'esprit humain; il souhaite que Dieu la récompense. Il prévoit que David régnera certainement, parce qu'il sent bien que rien n'est plus digne de l'élevation du trône que cette grandeur d'âme et cette douceur si héroïque. Et néanmoins, après tant de marques, non seulement de sa réconciliation avec David, mais même de l'admiration où il est de sa vertu, il le quitte avec un cœur qui dément sa bonté, et qui est toujours plein de fiel et de haine. C'est pourquoi il est marqué que David se retire en des lieux plus sûrs. Car sachant que la main de Dieu était sur Saul, et que l'envie qu'il avait conçue contre lui avait jeté de profondes racines dans son cœur, il était persuadé que sa haine durerait autant que sa vie, et qu'il n'y avait que Dieu qui pût empêcher de tomber entre ses mains. (Sacy.)

aut industrium. Est sanè humilitas maximè in eo, quem corporis atque animi ornamenta commendant, ad domandos et inclinandos animos, et frangendum furorem potentissima; neque credo contra ingenuos spiritus aliquid opponi posse potentius. Sanè cum ira regis, ira sit leonis, neque aliter in furore, quam leo rugiat, sermo tamen mollis iram fregit regis, sicut prostrata fera. furorem sedat, et rabiem leonis. De quo Claudianus optime:

— *Torquæ leones*

Quæ stravisse valent, ea mox prostrata relinquunt,

Nec nisi bellantis gaudent cervicæ juvenç
Nobilioræ fame.

Quæ de re graves passim occurrunt in omni litteraturâ sententiæ, à quibus ego commemorandis abstineo; nonnihil tamen addam ad finem capitis.

VERS. 18. — DIXITQUE AD DAVID: JUSTIOR ES QUAM EGO (1). Jam agnoscit fateturque Davidem esse justum, se autem illum esse, qui omnem justitiæ modum abjecisse videatur, cum in eum, à quo tot fuerit cumulatus officiis, sic fuerit injurius, ut pro gratiâ, quam multis nominibus fuerat ante promeritus, injuriam, odium, vexationemque retulerit. Cùmque alibi sæpè benè in regem affecti animi præclara documenta deferat, nunc tamen ita dedit illustria, ut vel cæcis possint esse notissima. Cùm enim eò esset adductus, ut effugere non posset inimici manus, continuit tamen justum, et multis stimulis irritatum furorem, et abire ex laqueo permisit incolumem. Ecquis enim est, qui cùm illigatum videat inimicium, et minarum adhuc spirantem, cum bonâ gratiâ liberum atque intactum dimittat? Quare orat, ut quando à se sperari nihil possit

(1) Pergit S. Chrysost.: « Vides ut suam ipsius damnat malitiam, ac justî virtutem prædicet, nulloque cogente sese purgat. Idem tu facito cùm hostis incidit in manus tuas: noli accusare illum, sed te ipsum purga, ut illum peripellis ad sui ipsius condemnationem. Nam si nos accusamus, exasperatur; si nos excusaverimus, ille reverentiam nostram et humanitatem, mox seipsum condemnabit. » Et nonnullis interjectis: « Neque enim simpliciter dixit: Fecisti mihi bona, sed: *Re-tribuisti mihi bona*, hoc est, pro insidiis, pro cæde, pro malis illis innumerabilibus, magna et mihi rependisti beneficia. At ego ne sic quidem factus sum melior, sed post illa tua beneficia perseveravi in malitiâ; tu verò nec sic quidem esse immutatus, sed constanter tamen obtinisti morem, nos herum atque iterum tibi insidiantes beneficiis proseguens. » In hisce singulis verbis, quot coronis suis apparuit David? (Corn. à Lap.)

boni, Deus illi pro tantâ humanitate, et tam ingenui pectoris officio beneficium rependat. Ac tandem obsecrat, ut quando illum regium nomen, atque potestas manet, de quo ipse non dubitat, et nunc certissimè ex eo tandem dicit, quia in illo regis spiritus, id est, ingenuus et clementes agnovit, ne semen suum, quod ipse ingenii sui, ac morum intemperie prodiderat, et justâ vindictâ fecerat obnoxium, perdat, sed potius amplectatur et foveat, sicut de suo genere sollicitus Jonas sub eadem jurisjurandi formâ paulò ante ceperat (1).

(1) VERS. 20. — QUIS ENIM CUM INVENIT INCOLUMEM SUUM, DIMITTET EUM IN VIA BONA, SINET QUO ABIRE SALVUM ET INCOLUMEM? VIA ENIM BONA EST QUAE DUCIT AD VITAM, MALA VERÒ, QUAE DUCIT AD MORTEM. LOQUITUR SAÛL EX SUO ET SIMILIMUM HOMINUM MUNDANORUM INGENIO, QUI INIMICOS SUOS DATÀ OCCASIONE OCCIDUNT. NAM SANCTI CONTRARIUM FACIUNT, ET VINCENT IN BONO MALUM, UT FECIT HIC DAVID. QUEM PRÆ ALIIS INITIATUS EST S. JOANNES GUALBERTUS, QUI ARMATUS OCCURRENS INIMICO INERMÎ, CUM ILLE VITAM SIBI DONARI POSCERET PER AMOREM CHRISTI PRO INIMICIS SUIS CRUCIFIXI, EIDEM PEPERIT. UNDE INGRESIENS ECCLESIAM ORANSQUE ANTE IMAGINEM CRUCIFIXI, VIDIT CRUCIFIXUM AD SE CAPUT INCLINARE, AC QUASI APPLAUDERE ET GRATIAS AGERE, QUOD HOSTI SUI AMORE PEPERISSET. QUO VISO COMMOTUS JOANNES SECULO RENUNTIAVIT, ET ORDINEM VALLIS-UMBROSE INSTITUIT SUB ANNUM DOMINI 1020.

Sed DOMINUS REDDAT TIBI VICISSITUDINEM HANC, PRO EO QUOQ. NODIE OPERATUS ES IN ME, q. d.: Ego non possum tibi retribuere par; retribuatur ergo illud tibi Deus. Causam dat S. Chrysost. Homil. jam citatâ, dicens: « Quid enim poterat Saul reponere dignum meritis, etiamsi regnum dedisset cum omnibus oppidis? Neque enim oppida modò et regnum, verum et vitam ipsam donaret illi David; ille verò non habebat alteram vitam, quam rependeret; et coque illum relegat ad Deum, et ab illo manaturis præmiis honorat, pariter et hunc et laudans, et universos erudiens, quòd tum et majora nobis apud Deum præmia reposta sunt, cùm pro innumeris beneficiis in hostem collatis, diversa recipimus. » Igitur David hic subditus, licet major fuit Saule rege; nil enim ita magnum et magnanimum facit, ut amor inimicorum et injuriæ condonatio. Audi Martinum Dumensem abbatem, et postea Braccarensem episcopum anno Domini 572, lib. de quatuor virtutibus c. 2: « Nil aliud et magnum in rebus humanis nisi animus magna despiciens; si magnanimus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices: Non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit; et cùm illum in potestate tuâ videris, vindictam putabis vindicare potuisse; scito enim honestum et magnum vincit dicta genus esse, ignoscere. » (Corn. à Lap.)

VERS. 21. — ET NUNC QUIA SCIO QUOM CERTISSIME REGNATURUS SIS. Scio, ex singulari illâ Dei erga te curâ et providentiâ, quâ te tutatur, measque insidias eludit, ac te in omnibus pro-

VERS. 22. — (1) NEQUE AUFERAS NOMEN MEUM DE DOMO PATRIS MEI. DNAS HIC EGO EXPLICATIONES INTUOR; ALTERAM COMMUNEM, QUÆ IN NOMINE SAÛLIS, QUOD DE PATERNÀ DOMO DELERI NON VULT, PROGENIEM INTELLIGIT SAÛLIS; QUÀ STANTE, STARE QUOQUE EXISTIMATUR SAÛLIS NOMEN, IMÒ PATER IPSE, QUI IN FILIIS SUIS QUASI IN IMAGINE VIVERE EXISTIMATUR. QUARE HÆC VERBA SUPERIORUM EXPLICATIONE SUNT, NEQUE EST DIVERSA, SED EADEM OMNINÒ ITERATA SENTENTIA. QUAM EGO EXPOSITIONEM ITA PROBO, UT MIHI NON DISPLACEAT ILLA, QUAM MODÒ PRODUCAM.

Certum est, in omni fermè natione, et apud Hebræos maximè, filios, qui degeneres à parentum suorum nobilitate fuerint, aut aliquâ turpiori notâ familiam obscurârunt, solere non solum ab hæreditate depelli, quod est usitatum magis, et à lege permissum; sed etiam expungi à filiorum censu, et abdicari à familiâ. *Abdicare*, inquit Nonius, est familiâ abjicere. Idem censet Festus; Quintilianus lib. 5, cap. 6, *abdicatum* interpretatur, qui à familiâ patris abalienatus est. Quod apud Græcos usitatum sperat faciteque hostibus omnibus superiorem, æque ac Israelitis omnibus amabilem et admirabilem eò tuam divinam patientiam et mansuetudinem, quâ etiam mihi hosti tuo infensissimo vitam condonasti. Ita Abul. Audi S. Chrysost. Hom. jam citatâ: « Dic, obsecro, unde istud scis? Penes te sunt pecunia, arma, civitates, equi, milites, heretivæ universa; vis apparatus regii; hic contra desertus ac nudus, nec civitatem, nec domum, nec familiam habens. Unde igitur, te quæso, ista loqueris? Nimirum ex ipsis Davidis moribus. » Neque enim nudus et inermis ac desertus et me armatum, tantæque circumvallatum potententi superasset, nisi Deum haberet adiutorem. Porro qui Deum habet faventem, omnibus est potentior. Vides ad quantum philosophiam Saül post insidias deductus est? Vides qui fieri possit ut inimicus omnem expuat malitiam, immutatusque ad meliorem sese recipiat? Ne velimus itaque nostram ipsorum salutem per iracundiam devorare. (Corn. à Lap.)

(1) JURA MIHI IN DOMINO, NE DELEAS SEMEN MEUM. Vide quàm Saül rex hic se submittat Davidi, et quæ fiat supplex. Unica ergo ratio expugnandi inimicos, eosque amandandi est, humilis et incensus in eos charitas. Audi S. Chrysost. Homil. jam citatâ: « Rex privatum rogat; qui è diadematæ cinctus est, supplicem agit; pro filiis suis obsecrat exulem. Et hoc ipsum arguit virtutem Davidis, quòd hostis ausus est hæc ab hoste petere. Nam quod jusjurandum exigit, non eò facit, quòd dimittat Davidis moribus, sed quòd reputet, quot malis illum affecisset. *Jura mihi te non abolituram et semen meum post me.* Hostem filius suis relinquit tutorem, suasque proles in filius deposit nit manus, dum his verbis filiorum ac Davidis manus apprehendens, Deum sequestrum inducit. » (Corn. à Lap.)

fuit. Certè id satis ostendit Plato, lib. 11 de Legibus. « Si patres, inquit, velint filium per præconem coram omnibus abdicare, ne amplius secundum legem sit filius. » Quod abdicatiois genus non admisere Romani, de quo imperator, l. 6, cap. de patriâ Potestate. Quod item aliquando fecerunt alieni, qui propter filiorum delicta, illos è nobilitate familiarum stemmate, seu imaginum lineis expungendos esse censuerunt. Sanè ex illustrium familiarum imaginibus sublatis sunt Cassius et Brutus, quia Julio Casari manus attulerunt violentas. Tacitus lib. 5, in fine, cùm ageret de Junæ funere quæ Cassii uxor fuit, et Bruti soror, ad extremum addit: « Vingt clarissimarum familiarum imagines antelatae sunt, Manlii, Quintii, aliaque ejusdem nobilitatis nomina. Sed præfulgebant Cassius, atque Brutus, eo ipso quòd effigies eorum non visentantur. » Et idem lib. 2, longiusculè ante medium, proter decretum esse, ne imago Libonis exequias postmodum comitaretur, quasi alienus foret à nobili familiâ, et ne quis Scribonius cognomen Drusi assumeret. Hoc verò nihil videtur esse aliud, quàm aliquem ex nobili familiâ deleri.

Id verò magis, opinor, usitatum fuit apud Hebræos; nam quemadmodum sæpè alieni adoptabantur in filios, sic etiam abdicabantur filii et abalienabantur à paternâ domo tanquam extranei. Sic sæpè ad Hebræorum morem Deus Israelitas dicit suos non esse filios. Sic quod aliquo nomine, aut turpitudinis notâ infamatum est, et triste, inter illa quæ in eodem ordine sunt, non putamus esse numeranda. Sic Job cap. 5, orat, ne nox, in quâ natus est, cum noctibus aliis numeretur, sed quousque damnata ex aliarum expungatur numero, et cursu: *Ne computetur*, inquit, *in diebus ami, nec numeretur in mensibus.* Neque alio fortassè sensu Jacob jam moriturus de Simone, et Levi qui adversus Sichimitas arma sumpserunt, dixit Genes. cap. 49: *Dividam eos in Jacob, et dispergam eos in Israel.* Qui ut hos abalienavit à filiorum cœtu, sic etiam duos in filiorum numero adoptavit, Ephraim, et Manasse. Sic ergo ex suis promeritis optime conjectabat Saül, aut merito timebat, ne illius nomen è paternâ familiâ deleretur, quia id illius exigebat peccata, ne ipsius nomen nunquam audiretur in Israel: an deletum fuerit, incertum est; expunctum tamen fuisse indicat, quòd cùm ex illius genere natus fuerit Mardocheus, cùm illius parentum audiantur nomina ad Cis usque

nomen, qui pater fuit Saülis, hujus tamen nomen duobus locis prætermisum est. Esther cap. 2, vers. 5: *Erat vir Judæus in Susan civitate, vocabulo Mardocheus, filius Jair, filii Semel, filii Cis, de stirpe Jemini.* Hoc idem repetitur cap. 11, vers. 4. Cùm autem inter Semel et Cis multi fuerint omissi ex Mardochei majoribus, non tamen videbatur prætereundus Saül, nisi ille è paternâ domo ab aliquo ex Davidis posteris fore expunctus, cùm regium illi nomen maximam supra reliquos è familiâ Cis auctoritatem conciliasset (1).

VERS. 25. — *ET JURAVIT DAVID SAÛLI* (2). Promisit David, sicut antea Jonathæ, quod orâret Saül. Quomodo tamen salvâ fide et juramenti religione, aliquot Saülis filios Gabonitis tradiderit, ut agerentur in crucem, suo dicemus loco, ubi ventum fuerit ad cap. 21 lib. 2 Regum.

ET DAVID, ET VIRI EJUS ASCENDERUNT AD TUTORIA LOKA. Nôrat David Saülis ingenium, maximè ex quo illum malis exagitavit spiritus; nôrat ineffrenatum impetum et inconstantem animum. Quare non putabat minùs ab illo cavendum esse, cùm promitteret omnia, quàm cum omnia adversa minaretur. Atque ideò etiamsi illam domum redeuntem videret, et ab spulcra recedere, ubi cum sociis proximè latuerat, non tamen putavit ibi se futurum esse tutum, quia dæmonis, qui jam Saulem obsidere cœperat, nullas credebatur inducias insidiis carere. Tutoria igitur querit diverticula;

(1) Subtilior est Sancti interpretatio; notat enim, eorum nomina, qui probro familie iussent, deleri consuevisse, quemadmodum imagines Bruti et Cassii à cæteris illustrium imaginum imaginibus amotæ sunt. Si in genealogiâ Mardochei Saül omittitur, alii pariter neglecti sunt, qui utique nihil tale promeruerunt; in illâ enim genealogiâ à Benjamin ad usque Mardocheum, quatuor tantum recensentur. Generationum gradus non semper accuratè omnes recitantur in Scripturâ. (Salmet.)

(2) Nec tantum juravit, sed et plura quàm juraverat præstitit. Ita S. Chrysost. « Quid igitur, inquit, David? Num vel leviter dissimulatione et ironiâ ad hæc usus est? Nequaquam, sed protinus annuit, quodque petebatur concessit; ac mortuo Saule non modo non occidit illius posteros, sed tam plura præstitit quàm erat pollicitus, siquidem filius ejus cùm esset claudens se debilibus cruribus, in suam ipsius domum induxit, sæpeque mense fecit participem, summo illum honore dignatus, nec erubuit, nec occultavit, nec arbitratus est regiam mensam claudicatione pueri dehonestari, sed decorari potius ac lautorem fieri. Quotquot enim cum illo discumbebant, abibat magnam philosophiæ doctrinam consecuti. » (Corn. à Lap.)

et relicta terrâ, ubi laqueus est, et foveis opportunus locus, altiora conscendit. Quod documentum viri spirituales maximè commendat his, qui in agone quem cum dæmone habere debent assiduum, victores esse student, nec sibi ab oblati induciis, aut fucati securitate promittant. Nunquàm enim magis inimicus nocet, quàm cùm blanditur, cùm lætam ostentat frontem, cùm de nostris votis magis videtur esse sollicitus. Exempla occurrunt plurima; ex hoc ipso tempore, in quo nunc versamur, pauca habeto. Interfecit Joab Amasam, cùm illi magnum benevolentia signum ostendisset, 2 Reg. 20. Occidit Absalom fratrem Amnonem, cùm illum ad splendidam mensam invitavit, quando ab insidiis magis videbatur fore securus. Idem accidit Simoni, 1 Machab. 16, in convivio, quod illi in amicitia sedes, et signum Ptolomæus paraverat. Tales sunt aut Syrenum cantus, aut crocodili lacrymæ: hæc enim dum aut suavitate delectant aut dolorem nostrum ferre se simulant familiariter, vitæ nostræ magis insidiantur hostiliter. Hæc de cap. 24. Nunc pauca ad extremum addenda ex Patribus.

Gregorius 5 p. Pastoral. admon. 8, in Saule, cui, dum ventrem levat, ima ghiamydis ora descendeat, superiores intelligit, qui ab inferioribus reprehenduntur; ubi, quo id modo fieri debeat, docet: « Quid, inquit, per Saül, nisi mali rectores; quid per David, nisi boni subditi designantur? Saül igitur ventrem purgare, est pravos præpositos contemptam in corde malitiam usque ad opera miseri odoris extendere, et cogitata apud se noxia factis exterioribus exequendo monstrare. Quem tamen David ferire mœvit, et quia pie subditorum mentes ab omni se peste obreccationis abstinenter præpositorum vitam nullo lingue gladio percipiunt, et etiam cùm de imperfectione reprehendunt. Vide reliqua. Idem lib. 12, Epist. 51, maximè commendat subditis Davidis exemplo, ne quid de superiorum existimatione detrahant, quia illorum detractio, sive vexatio ad Christum perinet et ejus Ecclesiam.

Nec minùs graviter, aut utiliter ad mores Chrysostomus tomo 4, Homil. de Davide et Saule, ubi Davidis oratione mutatum esse dicit regis animum. Tanta vis est orationis, humiliantis se, quæque nihil sonat iracundum, nihil minax, sed potius hostibus omnia se optare dicit secunda. Sanè verum est illud Proverb. 5: *Responsio mollis frangit iram.* Et

quam. Dens bone, iram! Iram regis, de quâ Proverb. 19, v. 12: *Sicut fremitus leonis, ita et ira regis;* et 16, v. 4: *Indignatio regis nuntii mortis, et vir sapiens placabit eam.* Sanè sapiens David, qui indignationem placavit regis, et ex ejus animo duriore silice dolorem et lacrymas excussit, cùm tamen illam indignationem inflammaret invidia, urgeret diabolus, et instigularet ambitio, quæ regium nomen ad alium transfrendum timebat. « Quanta, » inquit Chrysostomus, subito facta est mutatio? Qui nunquàm sustinuerat illum vel simpliciter vocare nomine, ipsam etiam appellationem habens exosam, nunc adoptat eum in cognationem, appellans eum filium. Quid igitur Davide felicitus, qui ex homicidâ fecit patrem, è suppo ovem, qui fornacem

CAPUT XXV.

1. Mortuus est autem Samuel; et congregatus est universus Israel, et planxerunt eum, et sepelierunt eum in domo suâ in Ramatha. Consurgensque David descendit in desertum Pharaën.

2. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, et possessio ejus in Carmelo, et homo ille magnus nimis; eratque ei oves tria millia et mille capræ. Et accidit ut tonderetur grex ejus in Carmelo.

3. Nomen autem viri illius erat Nabal, et nomen uxoris ejus Abigail; eratque mulier illa prudentissima et speciosa: porrò vir ejus durus et pessimus et malitiosus; erat autem de genere Caleb.

4. Cùm ergo audisset David in deserto quòd tonderet Nabal gregem suum,

5. Misit decem juvenes, et dixit eis: Ascendite in Carmelum, et venietis ad Nabal, et salutabitis eum ex nomine meo pacificè,

6. Et dicetis: Sit fratribus meis et tibi pax, et domui tuæ pax, et omnibus quæcumque habes sit pax.

7. Audivi quòd tonderet pastores tui, qui erant nobiscum in deserto: nunquàm eis molesti fuimus, nec aliquando defuit quidquam eis de grege, omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo.

8. Interroga pueros tuos, et indica-

« iracundiæ multo implevit rorem, quique tempestatem vertit in tranquillitatem, quique timorem omnem iræ exstantis animi reclinavit? Verba quippe Davidis ingressa in eum animus istius efferat totam hanc perfectè runt immutationem: quod è Saülis verbisprehendas licet. Neque enim dixit, sermone tu ista, fili David; sed vox tua ista, fili David? adeò mox ad vocem ipsam incauit. » Vide reliqua, quæ perbella sunt, ubi præclara à Chrysostomo documenta traduntur, quæ plurimum valent ad sedandos iratos et offensos animos; ut à quo offensus es, officiis occupes, honore prævenis, prior salutes. Quæ omnia sic tractat luculenter, ut hic, si uspiam, maximè Chrysostomum agnoscas.

CHAPITRE XXV.

1. Or, Samuël mourut; tout Israël s'assembla pour le pleurer, et il fut enterré dans sa maison de Ramatha. Alors David se retira dans le désert de Pharaën.

2. Or, il y avait un homme dans le désert de Maon, proche le désert de Pharaën, qui avait son bien sur le Carmel. Cet homme était extrêmement riche; il avait trois mille brebis et mille chèvres. Il arriva qu'il fit tondre alors ses brebis sur le Carmel, de la tribu de Juda.

3. Il s'appelait Nabal, et sa femme Abigail. Abigail était très-prudente et fort belle, mais pour lui, c'était un homme dur, brutal et très-méchant; il était de la race de Caleb.

4. David, ayant donc appris dans le désert que Nabal faisait tondre ses brebis,

5. Lui envoya dix jeunes hommes, auxquels il dit: Allez-vous-en sur le Carmel trouver Nabal; saluez-le de ma part civilement,

6. Et dites-lui: Que la paix soit avec mes frères et avec vous, que la paix soit dans votre maison, que la paix soit sur tout ce que vous possédez.

7. J'ai appris que vos bergers, qui étaient avec nous dans le désert, touchent vos brebis. Nous ne leur avons jamais fait aucune peine, et ils n'ont rien perdu de leur troupeau pendant tout le temps qu'ils ont été avec nous sur le Carmel.

8. Demandez-le à vos gens, et ils vous le di-